

906

ÉTIENNE LE VERT ¹ au Consistoire de Berne.

De Môtier-en-Vully, 30 octobre (1540).

Inédite. Autographe. Arch. de Berne.

Judex et assessores ecclesiae *Monasterii Wuliaci*, aliàs *Fihstola* ²,
Magnificis atque sapientissimis Dominis nostris Consistorii Bernen-
sis, salutem et pacem in Christo Jesu!

Notum sit vobis quòd *Petrus Chautem* sua auctoritate repudiavit
uxorem suam, jam anni transierunt novem, nec habitavit cum ea
ab illo tempore. Illa autem vixit semper probè et sine offenculo,

et fixé la paie annuelle d'un principal comme il suit..... Tu dois en infor-
mer nos sujets de ton bailliage, pour qu'ils se conduisent en conséquence.
Donné l'avant-dernier d'octobre, l'an, etc., XL.

Gex.) De la caisse de mes Seigneurs à chaque principal 50 florins,
Vevey.) 1 muids de blé.

[De plus, à celui de *Vevey*] 1 char de vin, 4 muids de blé, 15 florins,
2 sacs de blé : ce qui fait 100 florins.

Au principal de *Nyon*, de la caisse de mes Seigneurs, 30 florins. La
ville aussi 30 florins.

A *Morges*, idem.

Cossonay, idem.

Au principal de *Lutry*, de la caisse de mes Seigneurs, 30 florins. La
ville 20.

Moudon, 50 florins, 1 muids de blé. La ville, 30 florins.

Yverdon, comme *Moudon*.

Payerne, 40 florins, 4 muids de méteil, 1 muids d'avoine, 1 char de vin.

En outre, de chaque écolier, 3 gros [c.-à-d. 3 sous] par quartemps.

Le principal de *Thonon* reçoit ses gages de la ville, savoir : 80 florins,
1 muids de blé, 1 char de vin, maison et jardin.

Le principal d'*Avenches* est payé par la ville.

(Inédite. Arch. de Berne. Trad. de l'allemand.)

¹ Voyez la page 211, note 38. Excepté quelques-uns de ses *lapsus calami*, nous reproduisons exactement l'orthographe de l'écrivain.

² Il prononçait à la française le nom allemand du Vully (*Wistellach* ou *Wüstelach*), pays situé entre le lac de Morat et le lac de Neuchâtel.

testimonio totius parochie. Que [l. quæ] etiam vellet redire in gratiam secum, si fieri posset; sed ille *Petrus* omnino recusat, nec dat rationem cur repudiaverit illam. Cum autem sepius admone- retur à multis et precipuè à *prefectis Muratensibus*³ ut reciperet uxorem, nihil ad propositum respondebat. Videntes autem hec Judex et assessores Consistorii, consilio habito cum *prefecto Muratensi*, tenerunt consistorium undecima die octobris et tantaverunt reconciliare eos, quod nulla ratione potuerunt. Quam ob rem sensuerunt, juxta ordinationes vestras, ad consistorium vestrum remittendos, indixeruntque illis diem coram vobis primam novembris⁴, ut auctoritate et prudentia vestra in ordinem reducantur. Et quia illud divorsium fuit factum antequam essem hîc minister constitutus⁵, non satis intelligo causas et rationes cur id evenerit et tamdiu sic separati permanserint, nisi quòd ille *Petrus* non est bene compos mentis.

Ideo rogo vos, ut diligenter disquiratis ex illis qui committantur [l. comitantur] mulierem causam divorsii, et ne à modò talia patiantur fieri, stuedentque [l. studeantque] vivere christianè et secundùm evangelium Christi, servando Reformationem vestram christianam. Interim valete in Christo Jesu. Datum Monasterii, penultima octòbris (1540).

Vester STEPHANUS VIRIDIS, Ecclesiastes Monasterii.

(*Inscriptio* :) Sapientissimis atque piïssimis principibus⁶ Consistorii Bernansis.

907

GUILLAUME FAREL à Jean Calvin, à Worms.

De Neuchâtel, 31 octobre 1540.

Autographe. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel. Calvini Opera.
Brunsvigæ, XI, 101.

S. *Potesne dubitare jam de tua revocatione*¹ an [a] *Deo sit?* Putas

³ Les assesseurs du consistoire de *Morat*.

⁴ Les deux époux parurent devant le consistoire de Berne, le lundi 1^{er} novembre 1540.

aliam esse certiolem? *Fassus est Senatus et populus se meritò passum omnia, majoraque debere ob profligatos pastores, tamque atrocem injuriam in Deum et Verbum suum, et hanc unam superesse viam ut Verbum purè doceatur et excipiatur : quod ut fiat, te evocandum ac nihil non agendum ut venias ;* idque cum lachrymis decretum, vel potiùs auditum et narratum, sed cum (*sic*) multa cum letitia discessum. *Habes igitur, bonum senem*², qui vel *Lausannam* usque alia causa³ noluit venire, causatus quædam ; sed ubi rogatus fuit pro tui revocatione, statim sese obtulit ultro, *Bernam* concessit, cum Senatu egit, cui fuit quàm gratissimus⁴, idque responsi habuit : « Valde placere Senatui affectum tam pium *Genevatum* in te, remque tam sanctam esse, imò quàm sanctissimam, adeò ut non dubitent *Argentoratenses* ultro facturos. Ideo in re tam aperta scripto non esse opus⁵. »

⁵ C'est-à-dire, avant la fin de janvier 1537.

⁶ Deux seigneurs du Petit Conseil et quatre bourgeois des Deux-Cens faisaient partie du Consistoire de Berne.

¹ Sous-entendu *Genevam*.

² *Louis Dufour*, porteur de la présente lettre. Parti de Genève le 23 octobre, il s'était rendu d'abord à *Neuchâtel*, puis à *Berne* (n. 5), et il avait ensuite repris le chemin de *Neuchâtel* (Voy. N° 909).

³ *Louis Dufour* avait été élu le 30 septembre, pour accompagner, en qualité de conseiller, la députation genevoise qui devait assister à *Lausanne*, le 4 octobre, à une « journée de marche » (III, 21, n. 5). Il s'agissait alors de répondre à de nouvelles accusations des *Bernois*, toujours plus irrités contre *Genève* (Voy. p. 273, n. 3, Ruchat, V, 148, et Roget, o. c. I, 262-269). *Louis Dufour* avait décliné la mission du 30 septembre, mais il s'était offert spontanément pour remplir celle du 22 octobre (N° 900).

⁴ Farel abrège habituellement la finale des superlatifs, et il s'est contenté d'écrire *gratiss*. Les éditeurs de Brunswick ont adopté la forme *gratissimum*.

⁵ Malgré les bonnes paroles de l'avoyer *J.-F. Nægueli*, nous croyons que la requête des Genevois fut accueillie avec un sentiment plus voisin de la contrariété que de la satisfaction. *Louis Dufour* s'était présenté devant MM. de Berne le vendredi matin 29 octobre. « Mes Seigneurs (dit le procès-verbal du Conseil) ont décidé d'écrire aux Genevois, qu'une lettre de recommandation adressée pour eux à ceux de *Strasbourg* ou à *Calvin* lui-même, n'est point nécessaire. Car s'il était à leur service, eux (les Genevois) n'éprouveraient aucune difficulté de la part de mes Seigneurs » (Trad. de l'allemand).

Le secrétaire *Girou*, qui avait entendu toute la discussion, n'a pu s'empêcher d'écrire à la suite : « *Vulpinæ astutia!* » ce que nous interprétons ainsi : Des deux côtés on joue au plus fin. Genève serait enchantée de pou-

Illinc me invisit, ac ut secum venirem rogavit, Senatus literas⁶ mihi tradens, quibus jubeor omnia agere ut redeas. Ego si sperarem te difficiliorem fore, certè iterum te adirem, sed puto te nolle divexari [à] me magis⁷, cum satis te invitet Christi causa. Vide igitur diligentissimè cum fratribus de constituenda ecclesia, et ut non solùm *Bucerus* tecum veniat, verùm unà aliquis pius senator, ut res sic componatur, quò regnum Christi latius extendatur et altiores agat radices. Si *Comitia Vormaciens[ia]* te aliquamdiu remorantur (non enim deserendum est tantum opus), tamen cura ut teipsum expedias et ad tantum opus diligentissimè adcurras, neque negligas ut suus Christo honor restituatur in te, ac quæ sunt *vicinæ ecclesiæ* componantur. Si scires ut gestiant omnes pii te videre, ac quàm ringantur lupi, dum audiunt de te verba fieri, totus extra te esses. *Grande est opus Domini hoc, in quo tibi gratulator, teque obtestor per Christum Jesum ut diligentissimè exequaris id ad quod te revocat Dominus. Nam sic te expulit, ut potentiùs in populo Domini ac majori autori[ta]te tuum absolveres munus.* Vale et veni, si Christum non prorsùs aversaris vocantem. Saluta omnes in Domino. Christus omnibus adsit! Neocomi, 31. Octobris 1540.

FARELLUS TUUS.

Gravissima persecutio intentata est Provincialibus, imò passim in Galliis⁸, ne[c] sunt expertes Pedemontani⁹, quos Rex dederat Comiti Gullielmo¹⁰. Si juvari possunt, cura quæso. De his¹¹ tu et alii potestis intelligere.

(*Inscriptio* :) Quàm optatissimo fratri Jo. Calvino, symmystæ charissimo. Vormaciæ.

voir dire que Berne elle-même a contribué au retour de *Calvin*. Par contre, mes Seigneurs, qui ont déjà éprouvé en lui un contradicteur, ne désireraient nullement qu'il soit rendu aux Genevois; mais ils leur font bonne mine.

⁶ Nous n'avons pas retrouvé cette lettre du Conseil de Genève à Farel.

⁷ Depuis le milieu de juin, il s'était rendu trois fois à Strasbourg.

⁸ Voyez les pages 227, 228.

^{9,10} *Les Vaudois* du Piémont et leur ancien protecteur, *Guillaume de Furstemberg* (p. 124, n. 11).

¹¹ Farel veut parler des compagnons de voyage de Louis Dufour. Nous supposons que c'étaient des Français réfugiés.

908

JACOB DE RURLANG ¹ à Éberard de Rurlang, à Berne.
De Paris, 1^{er} novembre 1540.

Inédite. Autographe. Archives de Berne.

Jacobus a Rurlang patri suo charissimo S. D. In prioribus quas ad vos dedi literis non satis me actiones meas patefecisse puto, quia tum temporis ipse adhuc quonam modo *res meae* se haberent ignorabam, pater charissime; neque etiam si non me latuissent istae, ex properatione hujus nostri amici, non potuissem. Pollicitus sum autem me in literis proximis amplius tibi declaraturum omnes meas actiones; promissis itaque nunc praestandam fidem puto.

Primò autem valetudinem meam firmam ac stabilem scito. Deinde, *procuratorem nostrum M. Marthinum*² me et *Joan. Zechenderem*³ conjunxisse, et *nos unà versuri in Colegio Remensi*⁴, apud *D. Phinnarium*⁵, virum ita eruditum, ut doctiorem hoc tempore non habeant *Galli*, Catonem etiam, ut nonnulli existimant, non esse antefendum ei. Tertiò, omnes *nostras lectiones et studia nostra* patefaciam tibi. Ergo scias me et *Zachendrem* instituisse nobis unà in Museo nostro, si qua opera possimus, interpretaturos *Testamentum Grecum*, sub auroram hora à quinta usque ad sextam. Hujus autem lectionis non sumus coacti. *A sexta usque ad septimam cele-*

¹⁻²⁻³ Voyez, sur *Jacob de Rurlang*, *Martin Bésard* et *Jean Zehender*, les notes du N° 889.

⁴ Le collège de Reims, appelé aussi *collège de Bourgogne*, parce qu'il occupait une partie de l'ancien hôtel de ce nom, était situé dans le quartier latin. Voyez, dans J. Quicherat, o. c. t. I, le Plan du collège de Sainte-Barbe et de ses environs vers 1480.

⁵ Lisez *Vinarium*. *Nicolas Vignier*, natif de Sens, enseigna dans le Collège des Bons-Enfants, puis dans celui de Bourgogne (n. 4). Il fut élu recteur de l'Université en 1559 (Bulaeus, o. c. t. VI). Il ne faut pas le confondre avec Nicolas Vignier, médecin et historien, né à Bar-sur-Seine en 1530 (Voy. la Croix du Maine et du Verdier, éd. cit. II, 184, 185. — Nicéron, XLII, 21).

*bratur missa*⁶; deinde sumitur jentaculum. Hora autem 8. usque ad undecimam fiunt lectiones a D. *Phin.*, qui his horis legit tertium librum *Quintiliani*; statim hoc finito ag[g]reditur *Philippica Ciceronis*. Posthæc sumitur prandium; à prandio alia fit lectio usque ad primam; hac hora prælegitur *Greca Grammatica Clie-nurdi*⁷. Posthæc usque ad tertiam releguntur omnes istæ auditæ lectiones. A hora 3. usque ad 5. iterum fit lectio ubi legitur *primus liber Eneidos*; hoc finito, statim orditur *libros de Oratore*. Finita hac lectione, his qui in Colegio versantur argumentum proponit, quod aut carmine aut oratione soluta componunt: quæ exercitatio usque ad 6. perdurat⁸. Deinde ad æpulas reditur. His autem transactis, unusquisque in studiolum suum redit, ibique quamdiu voluerit studet. Hac hora nos statuimus invicem interpretaturos *Græcam Procli Spheram*, Latino è regione conferentes. Sic omnes nostras exercitationes habes, meam quoque et consodalis mei *Zæchendis*; nam ambo eidem studio operam damus.

⁶ Un mot de Bésard ne permet pas de douter que les deux Bernois du Collège de Reims ne fussent obligés d'assister chaque jour à la messe. Voyez la p. 306, renvoi de n. 4. Nous aurions dû compléter ce qu'il dit là des professeurs de *Paris* par un renseignement relatif aux étudiants. *Mélancthon* écrivait le 20 septembre 1540 au prince Georges d'Anhalt: « *Parisiis* et in cæteris Academiis Gallicis ardentissimum studium est piæ doctrinæ. Etsi enim publicè profiteri eam homines non audent, tamen studiosi qui nostros libros legunt, in scholis inde multa proferunt. In *Italiam* ex his nundinis totæ Bibliothecæ invectæ sunt, etsi *Papa* nova edicta contra nos edidit » (Mel. Epp. III, 1096).

⁷ *Nicolaus Ctenardus* (vulgò *Cleynarts*), professeur de grec et d'hébreu, né à Diest en Brabant, enseigna successivement à Louvain, à Salamanque et à Évora. Il mourut à Grenade en 1542 âgé de quarante-six ans. Sa *Grammaire grecque*, Louvain, 1531, et ses *Meditationes græcanicæ in artem Grammaticam*, Anvers, 1535, étaient très appréciées. On les réimprimait encore au XVII^me siècle. Ses *Epistolæ de peregrinatione sua et de rebus Machometicis*, Lovanii, 1551, Antverpiæ, 1566, ne sont pas sans mérite (Voyez Maittaire, V, P. I, p. 295, 296. — Valerii Andreae. Bibl. Belgica. — Freytag. *Analecta litt.* p. 253).

⁸ Passage à comparer avec le Programme du Collège de Genève, t. IV, p. 457, dernier paragraphe, et p. 458, paragraphe troisième. Il convient également de consulter, dans l'Histoire du Collège de Sainte-Barbe par J. Quicherat, les chapitres intitulés: « Tableau d'un collège vers l'an 1500. Emploi de la journée. Mode d'enseignement et exercices. Nouvel ordre des études » (t. I, p. 73-91, 228-242). L'Histoire du collège de Guyenne par M. Ernest Gaullieur donne lieu aussi à des rapprochements pleins d'intérêt.

Quartò, notum tibi facio, me non ampliùs in hac *portione*⁹ versari qua ab initio mei adventus fruebar, quia magis magisque, ita ut pati non potuerim, *cibus* minuebatur. Cum autem hæc procuratori nostro indicabam, mihi majorem portionem dari perfecit, ita ut nunc me *30. coronatos regios* numerare oporteat pro mensa, pro cubiculo, pro lecto et museo; à *stipendio* autem *regali* 23 dantur mihi¹⁰, et quocquod hic defuerit, necessum est ut tu ea numeres. Præterea pro vestibus et libris oportet ut tu numeres quoque. Te autem, mi pater, summè oro, ne quod tedium te obruat quòd tantam et tam magnam pecuniam consumo; spero enim me posthac diligenter adhibiturum, ne quid inaniter consumatur. Vale, et si me idem facturum scis, mutuò dilige. Datum anno post nativitatem Christi 1540, Calendis Novembris.

JACOBUS A RURLANG,
filius tuus charissimus.

Meo nomine salutato *matrem meam* charissimam, *sorores, amicos, cognatos omnes*, quibus omnibus, nisi ita valde properasset nuncius, scripsissem. *Præceptor* me veteri¹¹ literas orditus fueram, at ex vestinatione tabellarii finire non licuit; his etiam literis maximè me properare oportuit. Vale.

Scias quoque, pater charissime, *Budæum*¹² ante aliquod menses fato esse functum, et mortuo eo hæc secuta sunt Epitaphia¹³.... Multa etiam græca in laudem *Budæi* ædita sunt carmina, quæ nunc tempus non permittit tibi etiam indicare. In posterum autem, Deo volente, ea tibi mittam. Vale. 1540.

(*Inscriptio* :) Dentur hæc literæ Eberardo a Rurlang, patri suo charissimo, Bernæ degenti. Gän Bärnn.

⁹ *Portio*, dans le jargon des écoliers, signifiait *la table, la nourriture*. Ils disaient couramment : « Pater meus solvit pro *portione mea* viginti aureos *ad solem* » (M. Corderii De corrupti sermonis emendatione. Parisiis, 1531). De là le nom de *portionistes* donné aux élèves qui demeuraient dans le collège.

¹⁰ Voyez les pages 306, 307.

¹¹ Probablement *Joannes Telorus*, qui enseignait le latin à l'École de Berne.

¹² *Guillaume Budé* (I, 27) était mort le 20 août 1540. Son successeur dans les fonctions de maître des requêtes fut *René Bouvier*, petit-fils du chancelier de France.

¹³ Suivent trois épitaphes qui se composent de vingt vers latins. Elles

909

LOUIS DUFOUR au Conseil de Genève.

De Bâle, 2 novembre 1540.

Autographe. Arch. de Genève. F. Turretini et A.-C. Grivel.
Les Archives de Genève, 1878, p. 246.

Jehsus. Mardi 2 novembre 1540, in Bala.

Magniffiques et mes très honorés Ségniours, je me recommande très humblemant aus bonnes grâces de vous Signiories.

Magniffiques Ségniours, je suis ce matin arivé issy, avec grosse affection et bon volloër de mettre à bon effet le volloër de vous Signiories, coumant j'ay par bonnes instructions¹ : suivant lesquelles j'ai, aut passé², esté devant les Écellences des Ségniours magniffiques, puissans et très redotés de *Berne*, ver[s] lesqueus j'ay trouvé grosse modestie, amitié et honnour et de bon volloër. [Ils] ont veu, an Grand et Peti Consel, vostre missive par eux mise an leurs lengage, et ausy iceux on[t] agréablement oïes, an Peti Concel, vous hombies recoumandacions et offre que leur ayt fect, aut mieux que j'ay seu, de la part de vous Signiories. Pour la conclusion du dit Consel, *monsieur l'Acoier* m'at refféru fort amiablemant que, veu que la chose demandée est fort honeste, cri[s]tienne et résorable, qui [l. qu'il] n'estoit mestier d'avoër autre adresse de eux, disan qui saivent *ceux de Strabour* sy bons ségniours, qui ne feront nulle difficulté du cast : disant ausy que eux, estant aut lieu de *Strabourc*, qui ne contredirés [l. qu'ils ne contrediroient] nullemant. A la reste, tan d'onnour et bonne compagnie du Petit Concel, avec de bons vin, que seroit fort long à rescrire.

Don[c] sans plus, m'en suis revenu à *Neufchâtel* ver Mestre

doivent se trouver parmi les *Doctorum hominum Epigrammata in laudem Budæi*, imprimées dans l'ouvrage intitulé : « G. Budæi... Vita per Ludovicum Regium, Constantinum. Parisiis, 1540. »

¹ Voyez la seconde partie du N° 900.

² C'est-à-dire, au passer, lors de mon passage à *Berne*.

Guilliaume Farel, don[t] ne seroit possible à moy de rescrire le bon volloër que j'ai trouvé an lui anvers une Signiorie de *Genesve*, disan, sy voiet mestier et besoin de veni avec moy, qui le feroi jour et nuit; ce néanmoins, causan le bon chemin et moien qui lat [l. qu'il a] fet, tant par escript que verbalement aut sieur *Calvin* et autres aiant puissance an l'affère³, qui sotirat une missive, qui m'a livrée adressant aut dit *Calvin*⁴. Don aydan Nostre Seigneur, suis près, avec le sieur *Michiel le libraire* lequel vien avec moy, de parti[r] pour trové le dit sieur *Calvin* de présance, bien que soit luy avec *Grineus* et autres les plus savans à *Ulme*⁵, quatre journé[es] delà *Strabort*, au [l. où] une journé se tient là par la foy⁶. Magnifiques Ségnieurs, croiés fermemant que j'ai bon cueur d'avoër tel personage par une ville de *Genesve*, ce sayt Dieu, auquel je prie vous avoër an sa sainte garde.

Voustre humble servitour et sujet,
 LOYS DUFOURT.

(*Suscription* :) A Magnifiques et très honorés Ségnieurs, les Sindiques et Consel de *Genesve*.

910

JEAN CALVIN au Conseil de Genève.

De Worms, 12 novembre 1540.

Autographe. Arch. de Genève. Henry. Calvins Leben, I, Append., p. 78. Ruchat, V, 517. J. Bonnet, o. c. I, 32. Calvini Opera, Brunsvigæ, XI, 104.

Magnifiques, puissantz et honorables Seigneurs,
 J'ay receu les lettres qu'il vous a pleu de m'escire¹, ensemble

³ Allusion aux deux voyages que *Farel* avait entrepris, en juin et en octobre, pour plaider la cause des Genevois auprès de *Calvin* (p. 242, n. 3; 327, n. 13).

⁴ C'est la lettre de *Farel* du 31 octobre.

⁵ Il aurait dû dire : à *Worms*.

⁶ *Pour la foi*.

¹ La lettre du 22 octobre (N° 900).

entendu le rapport de voz ambassadeurs² conforme à icelles. Quant il n'y auroit que l'humanité et gratieuseté dont vous usez envers moy en toutes sortes, je ne me pourrois aultrement acquiter de mon devoir que en m'efforçant en tant qu'il est en moy de satisfaire à vostre demande. D'avantaige elle est tant raisonnable qu'elle me doit bien induire de faire ce qu'elle contient. Toutefois il y a encores une raison laquelle me contrainct plus à regarder les moyens de pouvoir obtempérer à vostre vouloir. C'est le singulier amour que je porte à vostre esglise, ayant tousjours en mémoire qu'elle m'a une fois esté recommandée de Dieu et comise en charge, et que par cela j'ay esté obligé à jammais de procurer son bien et salut.

Toutefois je pense avoir excuse si juste et suffisante de ce que je n'exécute point si tost mon desir et le vostre, assavoir de vous déclarer par effect l'affection de mon cueur, que vous ne serez pas mal contentz de la response que j'ay faict à voz ambassadeurs. Je vous pryé doncq. comme je vous ay naguère escrit³, de vouloir tousjours considérer que je suis icy pour servir, selon la petite faculté que Dieu m'a donnée, à toutes les esglises Chrestiennes, au nombre desquelles la vostre est comprise, et pourtant que je ne puis pas délaisser une telle vocation, mais suis contrainct d'attendre l'issue qu'il plaira au Seigneur de nous donner. Car combien que je ne sois rien, il me doit suffire que je suis constité en ce lieu par la volonté du Seigneur, affin de m'employer à tout ce où il me voudra applicquer. Et, combien que nous ne voyons pas les choses disposées à procéder fort avant, si nous fault-il mectre toute diligence et nous tenir sus noz gardes, d'aillant que noz ennemis ne demandent qu'à nous surprendre au desproveu. Et qui plus est, comme ilz sont plains de cautèles, nous ne sçavons pas ce qu'ilz machinent⁴. Parquoy il nous fault préparer d'atten-

² *Louis Dufour* et *Michel du Bois*. Ils avaient dû arriver le 5 novembre à *Strasbourg*, et ils étaient parvenus le mercredi 10 à *Worms* (N^{os} 909, rev. de n. 5; 912, n. 1, 2). Nous ne savons si *Ami Perrin* les accompagnait.

³ Le 24 octobre (N^o 901).

⁴ *Mélancthon* écrivait de *Worms* à *Luther* et à ses collègues, le 4 novembre : « Nunquam artificiosius nobis structæ sunt insidiæ, quàm prætextu hujus congressus, in quo simularunt adversarii agendum esse de concordia, de sanandis ecclesiis. At illud revera actum est, ut præjudicio hujus conventus damnaremur, cum synodus non processerit indicta a Rom. Pontifice. Adductæ sunt enim viperæ inimicissimæ huic causæ..... et pro

dre une aultre journée nouvelle, s'ilz obtiennent par leurs pratiques qu'il ne se dépesche rien icy. Cela faict que pour le présent je ne puis pas venir pour vous servir en la prédication de l'Évangile et au ministère de vostre esglise. Pareillement, en telle incertitude, je n'oserois vous déterminer aucun temps certain, à cause, comme j'ay desjà dict, que ceste assemblée nous en produira possible une seconde, à laquelle je pourrois estre envoyé, et ne scaurois refuser. Tant s'en fault que je doute que ceste response ne vous soit agréable, que, si la chose estoit en vostre main, j'attendrois ung mesme conseil de vous.

Au surplus, *incontinent que Dieu m'aura donné le loysir et opportunité, c'est-à-dire que je seray délibéré de charge extraordinaire, je vous assure que en toutes sortes qu'il me sera possible de m'employer pour subvenir à vostre esglise, j'en feray mon devoir, aultant comme si j'avois desjà accepté la charge en laquelle vous m'appellez, voire aultant que si j'estois desjà entre vous, faisant office de pasteur.* Ceste sollicitude que j'ay que vostre esglise soit bien entretenue et gouvernée ne souffrira point, que je ne tente tous les moyens qu'il me sera possible, pour assister à la nécessité d'icelle.

Bien est vray que je ne puis pas quicter la vocation en laquelle je suis à Strasbourg, sans le conseil et consentement de ceux ausquelz Notre Seigneur a donné auctorité en cest endroit. Car pour ne point confondre l'ordre de l'esglise, comme nous [ne] devons pas entreprendre le gouvernement d'une esglise bien riglée, sans qu'on nous le présente, aussi nous ne devons pas laisser les esglises qui nous sont commises, à nostre phantasie, mais attendre que ceux qui ont la puissance nous en délibrent par bon et légitime moyen. Ainsi, comme n'estant pas libre [l. libre], je desire tousjours

Treviro Moguntinus [p. 161, n. 8; 220, renv. de n. 19; 257, n. 4] præerit congressui... Et *Granvellum* intelligo advenire, non ut mitiget discordias, sed quia spes ei ostensa est defectionis aliquorum..... Si esset ea magnitudo animorum in nostris heroibus quam causæ bonitas postulat, facilè possemus his difficultatibus mederi. Nam postquam huc advenimus, proscripção edita est contra *Goslarienses* propter monasterium quoddam. Hæc cum fiant ab adversariis induciarum tempore, nostri interim quid agunt? Audimus advenire ex urbe *Roma* episcopum *Feltrensem*, *Campegii* fratrem, qui secum adducit Magistrum Palatii, Theologum, et alium quendam *Petrum Danesium* [II, 348], qui *Lutetiæ* Demosthenem enarravit, hominem eloquentem... *Granvellanus* recens (sic) curavit interfici *Vesontionem* [l. *Vesontione*?] *concionatorem Evangelicorum*. Inde scilicet venit ad doctrinam piam ornandam » (Mel. Epp. III, 1129, 1130).

de me gouverner par le conseil de mes frères qui sont au ministère de la Parole avec moy. Mais cela n'empeschera pas que je ne soye prest à vous faire tout service dont le Seigneur nous voudra faire la grâce. Car leur affection n'est pas aultre que de me induire, plus tost que me retirer, de secourir vostre esglise, en tant qu'ilz congnoistront estre expédient pour le salut d'icelle. Parquoy je vous supplie affectueusement de vouloir avoir ceste fiance, que mon couraige est du tout à cela de monstrier que j'ay aultant en recommandation d'assister, en tant qu'il me sera licite, à vostre esglise, et faire qu'elle soit proveue selon la conséquence qu'elle porte, comme de chose du monde. Au surplus, je vous remercie très humblement de la bonne affection qu'il vous a pleu de vostre grâce déclairer envers moy, comme je l'ay entendue par voz lettres et encore plus amplement par le rapport de voz ambassadeurs.

A tant, magnifiques, puissantz et honorables Seigneurs, après m'estre humblement recommandé à vostre bonne grâce, je supplie le Seigneur de vouloir vous augmenter de jour en jour ses grâces qu'il a commencées en vous, et vous confermer⁵ tellement par son saint esperit, que vous puissiez servir en vostre dignité à la gloire de son nom, et ainsi que vostre gouvernement et l'estat de vostre ville par sa bénédiction journallement prospère. Sur toutes choses, je vous pryé, au nom du Seigneur Jésus, de maintenir bonne paix et concorde, tant qu'il vous sera possible, et entre vous et avec ceux qui vous sont conjointz en Nostre Seigneur. De Wormes, ce xii de Novembre 1540.

Vostre humble serviteur en Nostre Seigneur,

JEHAN CALVIN.

(*Suscription* :) A Magnifiques, nobles et puissantz Seigneurs Messieurs les Syndicques et Conseil de Genevve⁶.

⁵ Dans l'édition de Brunswick : *conserver*.

⁶ On lit au dos la note suivante du secrétaire genevois : « Lettre de maystre Caulvin, escripte az Wormes. *Recyeuz ce 26 novembre 1540.* »

911

LES MINISTRES DE STRASBOURG ET DE BALE au Conseil
et au Clergé de Genève¹.

De Worms, 13 novembre 1540.

Copies contemporaines. Arch. de Berne. Bibl. Nat. à Paris.
Coll. du Puy, t. 268². Calvini Opp. Bruns. XI, 106.

Gratia et pax à patre nostro Deo et servatore nostro Christo!

Valde nos in hac molestia, qua vobis meritò compatimur, recreavit, quòd Dominus hunc vobis animum immisit, ut revocaretis ad Christi apud vos ministerium quem aliquando, preoccupati à salutis nostræ hoste, ob id ipsum ministerium à vobis depulistis, vel depelli consensistis. Ut enim Christus eiecitur, cum fidi³ ejus ministri rejiciuntur, ita repetitur quoque quando ii repetuntur qui eum verè prædicant. Repetitus autem non poterit non adesse, et adesse ut sentiamus eum mali omnis depulsorem et bonorum omnium conciliatorem. Gratulamur itaque vobis hunc animum et verè salutarem cogitationem, quæ indubiè non minùs vobis commodorum adferet, quàm est grata Domino ac omnibus qui nomen ejus ex vero animo invocant. Hunc nos precabimur, ut mentem istam vobis servet et in eo perseverare vobis largiatur, ut non quoslibet, sed eos semper expetatis Christi ministros qui totum Christi ministerium prestare vobis laborent, hoc est, [nihil] omittant, quominus

¹ En comparant la présente épître avec deux lettres écrites de Strasbourg en juin et en octobre (N^{os} 869, 902), on peut s'assurer qu'elles sont sorties toutes les trois de la plume de *Bucer*. On retrouvera ici les mêmes idées, mais exposées avec plus d'ampleur. Il n'y a guère de nouveau que le paragraphe relatif aux exilés politiques de Genève (p. 360-362).

² La minute de *Bucer* avait probablement des ratures. C'est ainsi que nous nous expliquons les nombreuses imperfections des deux copies. N'ayant pas consulté celle de Paris, nous avons généralement suivi celle de Berne, mais en la complétant ou en la corrigeant, dans plusieurs passages, au moyen des variantes fournies par les éditeurs des *Calvini Opera*.

³ Dans les copies et dans l'édition de Brunswick : *fidei*.

quicquid ovium Christi ab hoc ipso suo bono pastore alienatum adhuc erat, ad caulas ejus perducatur, et quicquid ab hiis rursus digressum fuerit ad eas revocetur, quicquid aliquid fregerit vel vulneratum fuerit curetur, quicquid debile sit confortetur, quicquid sanum et vegetum custodiatur : qui instet universis et singulis opportunè et importunè, ne quis vel à gratia excidat, vel eam in vanum amplectatur. *Nec enim satis pastori est ut publicè doceat et sacramenta administret; sed [tum] se curatorem animarum ritè exhibebit, cum ut pater filios, ut nutrix alumnum curarit, foverit et instituerit gregem sibi commissum et ex eo grege quemlibet, ut pater (inquam) et nutrix, quas duas imagines Paulus proponit, quin ut Christus ipse, quo nihil potest esse moderatius aut mitius atque amabilius.* Commodum [enim] est jugum Domini et onus ejus leve : nihil duri, nihil inhumani in disciplina Christi est. Rex hic, ut in suo ipsius corpore, ita etiam in servis suis venit humilis et mansuetus, non ut dominetur, sed ut serviat, non ut ipsi ministretur, sed ut ipse ministret nobis, etiam impendendo vitam suam, ut nobis per omnia bene sit. Quid hoc ? *quod caput membris et membrum membro prestat in sano corpore, hoc prestat in ministerio Christi cunctis et singulis in Ecclesia, quæ Christi corpus est.* Quare non utilis tantum et salutaris, sed etiam grata et jucunda sit oportet omnis doctrina, exhortatio, correctio quæ fit ab idoneo ministro, quæ exhibetur à ministerio Christi. *Quemadmodum igitur ante discessum Farelli et Calvinii, qui verè rara et eximia organa Christi sunt, uti unum Domini corpus invicem coherebitis et coagmentati perseverabitis, unum cor unamque animam habere studebitis, probatum omnibus sanctis ministerium constituetis, idque ut Christi ministerium observabitis, cunctamque ab eo institutionem et admonitionem atque etiam increpationem et correctionem ⁴ spiritu Christi factam, ut Domini disciplinam, sicuti revera est, amplectemini. [Hæc] Dominus vobis, ut benignè cœpit, impleat et confirmet servetque semper!*

Porrò, *quòd Calvino fratri et symmystæ nostro venerando et charissimo, authores nunc esse non potuimus, ut se statim ad vos reciperet, causa una est quòd communi nunc omnium ecclesiarum ministerio, et eo perquam necessario sanè, detinetur.* Dum enim Imperator et quàm plurimi principes pacem Germaniæ querunt, et ea constitui non possit nisi religionis dissidio sublato, et hoc tolli

⁴ Copie de Berne : coërcit[ti]onem.

nequeat nisi admittatur puritas doctrinæ et synceritas disciplinæ Christi, dici vix potest ut laboretur ab adversariis, qui hic frequentes adsunt ex *Roma* et *Italia* atque aliis nationibus, episcopi, doctores, monachi et fratres variarum sectarum, ut videantur ipsi pacificationem Ecclesiæ quasiisse, nos verò rejecisse. Cum itaque ista molimina contra Christum videamus, et institutum sit semel de controversiis religionis seriò colloqui, pietatis est, ut et ipsi ita adsimus et conatus adversariorum excipiamus, ne videamur causæ Domini et salutis nostræ ipsi defuisse. Hæc itaque causa prima est cur *Calvinus* nunc ad vos venire non queat, quod etiam boni consulere debetis, cum non minùs hic vestræ quàm aliarum ecclesiarum ministerio inserviat. *Altera causa cur modò vestram amplecti vocationem non potest, est quòd videndum ei sit, ne vel eam quam modò certam vocationem habet, temerè deserat, neve vestram non rectè et ordine amplectatur. Habet in hac, qua nunc apud nos detinetur, vocatione, duo certè præclara et ecclesiis utilia ministeria. Pastor est ecclesiæ Gallicanæ apud nos, parvæ quidem, si numerum [spectes] populi, at qui considerat hic lectos quosdam ex omni Gallia juvenes ad Christum institui, is agnoscet facilè Calvinì ministerium, quod hic quamlibet paucis exhibet, patere in totam ferme Galliam, et ut hi aliqua ex parte possunt [l. possint?] illum ad vos sequi, certum tamen est id, cum propter alias quæ hic habentur prælectiones, tum etiam propter loci commoditatè et linguæ Germaniæ usum, atque alias causas, non omnes esse facturos. Jam alterum ministerium, quod in Schola præstat, explicando Sacras Scripturas, multò latius patet. Eo enim Germanis, Italis et Gallis maximam utilitatem adfert, eamque non solùm docendo Christum eos qui ex hisce nationibus ad nos confluunt, suisque postea quem apud nos didicerint Christum hoc feliciùs prædicabunt, sed etiam conservando hac opera sua studium illud et institutum ecclesiæ et reipublicæ nostræ certè perquam necessarium, ut aliarum quoque ecclesiarum curam gerat, et inducendo illis ministros et communia omnium ecclesiarum negotia, totamque Christi causam pro sua virili procurando. Jam præter Wittenbergensem ecclesiam et scholam, certè in Germania nulla est quæ excitare aliquod seminarium hominum ad sacrum ministerium idoneorum aut instructorum moliretur, aut etiam quæ ecclesiis in communi necessaria sunt et utilia sibi curanda duceret. Dedit quoque Dominus ut hoc quaecunque ecclesiæ nostræ studium et institutum plerisque ecclesiis haud parùm commodarit et commo-*

daturum sit adhuc ampliùs, et certè *ut Calvinus ipse donis quæ habet amplissima tantùm ecclesiis, postquam à vobis discesserit, commodarit, ad id hoc ipsum ecclesiæ nostræ institutum tamen aliquid contulit.* Quò igitur alibi minùs est hujus sanctæ et necessariæ pro ecclesiis sollicitudinis, hoc magis enitendum omnibus, ut id quod apud nos Dominus quantulumcunque sit excitavit, conserve-mus et provehamus. Ad hanc verò rem dedit Dominus *Calvino* quàm plurimùm conferre, adeò ut neminem uspiam sciamus quem ei vel aliqua spe, non dico paris, sed aliquantulùm accedentis ad eam quam ipse prestitit utilitatis, sufficiamus. Interim verò nos, qui in hac relinquimur ecclesia, senio, morbis ac laboribus fracti, non solùm quod ecclesiarum necessitates tam multæ et variæ⁵ requirunt, sed nec id quod hactenus utcunque prestitimus, sustinere poterimus. Id autem verendum, ut ecclesiis multò majus damnum det, quàm nunc omnes perpendimus. In tam sancta igitur et necessaria vocatione *Calvinus* cum sit, certè non est rejicienda ei, nisi admodum clarè videat, quòd majorem possit apud vos ecclesiis Christi utilitatem adferre. De hoc itaque illi et nobis diligenter inquirendum est, ne abiciens certum et amplectens incertum Dominum tentare videatur.

Jam licet de vocatione vestra sic statuamus, ut eam vobis gratulemur, tanquam eam qua, ut diximus, non partem ministerii Christi, sed totum ministerium, idque non tepidum sanè vel ignavum, sed ardens et satagens restitui vobis queratis, *tamen est certa tradita in Scripturis ratio, qua Calvinus explorandum sit, si ipse is sit per quem velit Dominus apud vos regnum suum tueri et amplificare.* Dubitari enim non potest, si debeat id prodesse apud vos quod per dona quæ a Domino habet, potest necessariò requiri, ut non solùm à vobis, sed etiam à vicinis vobis, et maximè *Bernatibus* ministris ecclesiarum, expetatur. Hinc in veteribus canonibus constitutum legimus ut episcopus etiam injuria à suis pulsus, non restituatur tamen, nisi vicinorum episcoporum judicio, per quos id scilicet curetur, ut sic manus suum repetat, assentientibus et sese Christi disciplinæ tradentibus omnibus quorum id interest, ne faciliè novæ offensiones incidant. Atqui istam explorationem nunc obtinere non potest : quocirca rogamus et obtestamur vos in Domino, ut quod certum nunc nec ipsi consulere nec ille statuere de vestra vocatione potuimus, boni consulatis, agnoscentes, id

⁵ Dans les deux copies et dans l'édition citée, *tam multa et varia.*

nullo certè vocationis vestræ contemptu, sed religione Domini necessaria fieri. *Ne autem hæc mora vobis fraudi sit, hortamur vos in Domino, ut nihil prætermittatis quò Vireti*, viri ut ad Christi ministerium utilis, ita sanè et vestris necessitatibus accommodatissimi, *opera interim, dum Calvinus certum aliquid constituere queat, [uti] possitis*. Qua de re et nos ad magnificos Dominos et Senatum ac etiam fratres nostros ejus ecclesiæ ministros literas fecimus ⁶, ea certè spe, ut si unà instetis, fore vos voti compotes nobis polliceamur.

Præterea et istuc oramus Dominum, ut postquam vobis tantum regni sui desiderium restituit, etiam largiatur, ea omnia apud vos submoveri et extingui quæ instaurationi regni sui quoquo modo obstare queant. Vos quoque per Domini gloriam et salutem vestram⁷ rogamus, hæc in re Domino vos, cunctis humanis affectibus repressis, accommodetis. Ut igitur nec ipsi dubitare potestis, vix aliud æquè restituendo apud vos regno Christi obsistere, atque *intestinum civium vestrorum et sociale cum Bernatibus dissidium*, ita vos per hoc ipsum Domini regnum, ex quo cuncta expetenda vobis constabunt, obsecramus et obtestamur, ut totis in hoc viribus incumbatis quò utrumque ⁷ dissidium extingatur penitus et aboleatur. Audimus *admodum magnum numerum esse exulum, qui vel pulsè urbe vestra sunt, vel ultro eam reliquerunt* ⁸. Hi certè, cum Christum non plenè habeant in se viventem, non poterunt non dies noctesque cogitare et moliri, non solùm ut sedem et res suas repetant, sed ut se etiam de iis ulciscantur quos suæ calamitati causam dedisse arbitrantur. Et Dominus talium conatus tum demum reprimit, cum nos bono vincere illorum malum studemus, [dum] de illis ex misericordia, quale scilicet a Domino nobis petimus, judicium faciamus, dum Christi denique spiritum sequimur, qui non perdere, sed servare homines etiam

⁶ C'étaient évidemment des lettres adressées aux Seigneurs et aux ministres de *Berne*, et non au Conseil de *Genève*, comme les éditeurs de Calvin le disent, t. XI, p. 113, note 8. Voyez le N^o 920, note 6.

⁷ Dans la copie de *Berne*, *utrinque*.

⁸ Allusion aux trois députés *articulants* et au syndic *Étienne Dadaz*, lesquels s'étaient retirés sur le territoire bernois. « Plusieurs autres citoyens allèrent demander aux pays voisins une sécurité qu'ils ne trouvaient plus dans leur ville natale. Leurs noms furent proclamés à son de trompe, avec menace de séquestration de leurs biens s'ils s'obstinaient à demeurer éloignés » (Voy. p. 199, 242, 273. — A. Roget, o. c. I, 256, 257).

peccatores satagit. Fatemur, periculosum est factiosos cives in republica admittere. At cum illi tamen cives sint, et nostri adeoque multi (nam et multitudo delinquentium semper causam præbet humanas poenas mitigandi). danda opera est ut clementia et misericordia animos nunc factionis morbo infectos, amantes reipublicæ faciamus. *Quamlibet feroces sint et factiosi, valent tamen, vel hoc exilio humiliati, si tolerabilibus conditionibus recipiantur, moderatos et legibus obsequentes cives prestare, rebus suis et familiis fruentes, quàm his destituti et exilii calamitatibus pressi tantum moliri ut vobis noceant.* Et nisi malum inimicorum nostrorum vinci nostro bono posset, ad id nos Dominus per apostolum suum et alios non esset hortatus, nec clementia roborari thronum regis dixisset, per regem sapientissimum, si clementia seditiosis daretur causa nocendi potestatibus legitimis. Cicero spiritum Christi non habebat : ea tamen luce, quam Dominus ethnico animo infuderat prudentissimè Romanis suis consulebat, cum factiones in ea republica invalissent, ut eas perpetua omnium injuriarum condemnatione et oblivione consopirent. Et certè rempublicam illam servasset, si suum consilium obtinere potuisset. *Precamur itaque vobis hanc mentem a Domino, ut tum publicas, tum privatas injurias exilibus vestris ex animo condonetis, nisi sint quibus citra oblesionem justitiæ Dei illæ condonari non debeant; tum ut vias queratis promovendi illos ut suam insolentiam atque iniquitatem etiam agnoscaut; deinde ut optimis legibus et viris, qui eas leges optima fide exequantur, rempublicam vestram sic firmetis quò minima sit malis civibus turbandi occasio; denique ut, postquam exules ad agnoscendam culpam suam promoveritis et administrationem civitatis vestræ cum legibus, tum legum ministris magistratibus communieritis, petentibus veniam exilibus haudquaquam negetis, sicque eos restituatis, ut Evangelicum in vobis animum et verum quærendi salutem hominum studium sentiant : quæ res sanè rempublicam ab illorum vel aliorum malis conatibus tutissimam reddet.* Nam ut illos ista vestra evangelica mansuetudo non corrigat⁹, Dominus tamen, qui civitatem non frustra custodit, molitiones illorum malas nullo negotio repellet, et efficiet ut sentiat misericordiam vestram omni studio prestitam vobis nunquam fraudi futuram. Ea in re eorum ratio habenda est¹⁰ quos adhuc intra menia

⁹ Édition de Brunswick : *corriget.*

¹⁰ Dans les deux copies et dans les *Calvini Opera*, on lit ici : « Ea in

vestra habetis, amicos et necessarios illorum exultantium, quos clementia ista sic vobis devincietis, ut et ipsi invigilaturi sint ne quid *sui* porro peccent, proque etiam ¹¹ hoc in suis accepto à vobis beneficio, permitti [l. permulti?] se præstare cives fideiiores et obsequentiores dabunt operam.

Eodem Christi spiritu et avertenda erunt que a Magnificis Dominis Bernatibus molesta incidunt. Cogitandum hinc erit, quid per hos vobis Dominus prestiterit. Certè enim ex faucibus leonis horum vos opera eripuit, utque Evangelii et civili libertate fruamini, horum sanè ministerio consequuti estis. Quare etsi, sicut homines sunt, et multi homines pleraque in nos [l. vos?] statuissent aut statuerent non tam humaniter quàm cupitis, haud tamen ulla potest esse injuria, quæ salva reigione Christi ferri queat, quam non meritò illis condonetis, cogitantibus [l. cogitantes] quanto vos antè beneficio affecerint. Jam non est [etiam] illi præclaræ reipublicæ imputandum quòd pauci aliquando vel imperitia vel etiam malitia peccent. Eam adhuc illi gravitatem et æquitatem præstiterunt, ut nos haudquaquam dubitemus, si de rebus omnibus ritè et moderatè doceant[ur], eos ita se temperaturos, ut futurum ab iis non sit de quo magnopere queramini. Attamen et illud cogitandum est, Dominum solere nonnunquam per eos ipsos nostram tentare patientiam, per quos singularibus nos cumulavit beneficiis. Fecit Dominus occasione vestræ necessitatis ut et Domini Bernates, propter auxilium vobis latum, immortale decus et ingentem etiam utilitatem perciperent, et vos eo auxilio religionem libertatemque confirma[re]tis, et opes quoque non contemnuendas con[se]queremini, è summo discrimine erepti, in quo tot jam annos miserè et periculosè conflictati eratis. Sicut itaque utraque urbs alteri instrumentum extitit maximorum Dei beneficiorum, ita visum [nunc] Domino est, ut altera alteri etiam organum sit cujusdam probationis, sed ut, si hanc christiana prudentia et modestia excipiat, rursus Dominus utriusque ministerio ad augendam et ornandam utramque præclarè usus sit.

Hoc consilium Domini perpendetis, et ei vos religiosè accom-

re eorum, quorum ratio habenda est, etc. » La suppression de *quorum* suffit pour rendre la phrase intelligible.

¹¹ Ibidem : *proque se etiam*. Nous croyons que les deux copistes, embarrassés en présence des ratures de l'original, n'ont pas mis le mot *se* à sa vraie place, et que Bucér, à la fin de la phrase, avait substitué *permulti se præstabunt cives fideiiores* à cette forme moins correcte : *permulti se præstare cives fideiiores... dabunt operam*.

modabitur, semper cogitantes Dominum eos exaltare qui sese humiliant, et reddere centuplum pro eo quod pro ipsius gloria relinquimus. *Non potest non maximam Evangelio ignominiam adducere, si ita cum Dominis Bernatibus dissentiat, et occasionem detis ut hostes Christi jactent: En spiritum novi evangelii! Bernates destruere conantur quos jactabant se Christo [vindicasse et servasse. Genevates exercent inimicitiam cum consortibus evangelii sui, cumque iis per quos se Christo¹²] restitutos gloriabantur.* Proinde si, causa hujus offendiculi depellendi et necessariam inter has urbes amicitiam retinendi et confirmandi, aliquid de jure vestro conceditis, id indubiè Dominus centuplum etiam hic rependet. Nam ut Dominus tot vos vinculis sanctæ conjunctionis conjunxit, ita nihil facietis [ei] gratius quàm si hanc vestram conjunctionem colatis et firmam reddere studeatis. Et vae homini qui disjunxerit quos ita Deus conjunxit! *En ipsi videtis quàm non appareat ullum hodie instrumentum aliud, quo religionem et libertatem vobis conservare Dominus velit, quàm soli Bernates. Qui enim cum Christo non faciunt, certè contra eum faciunt, ne[c] possunt non nocere velle filiis Dei, quique suis omnem ademerunt libertatem, quàm tuerentur vobis¹³? Quoniam¹⁴ verò innumera mala inde existere possunt, si à societate resilietis Bernatium, vestra ipsorum prudentia facilè perspicit.* Ergo unde Dominus et prestitit et prestandas ostendit suam opem et summas utilitates, eò toto pectore respicietis, et quicquid ullam possit injicere offensionem, id summo studio removebitis, quod procul dubio, sicut in gloriam Christi et utilitatem regni ejus, ita et maximo vestro cum decore, tum commodo facietis.

Dominus Jesus, unicum caput nostrum, cujus omnes membra sumus, quemque cum vero corde Servatorem invocamus, donet vobis hæc quæ monemus omnia pio animo expendere, bonique ea facere, et quatenus ipsius sunt sequi, ut cum religione Christi libertas vobis et omnimoda fœlicitas confirmetur et quotidie augeatur! Amen. Commendamus nos vestris charitatibus in eodem Domino

¹² Le passage que nous plaçons entre deux crochets est omis dans la copie de Berne.

¹³ Allusion aux visées de François I sur la ville de Genève. Les propositions du roi de France, en 1535 et en 1538, avaient été reçues comme elles le méritaient par les républicains genevois.

¹⁴ Nous supposons qu'il y avait *quot*, et non *quoniam*, dans le manuscrit original.

et servatore nostro Jesu Christo. Datum Wormatiæ, 13. Novembris anno 1540.

Dominationibus et charitatibus¹⁵ vestris addictissimi

WOLFFGANG CAPITO.

SIMON GRYNEUS¹⁶.

MARTINUS BUCERUS.

JOHANNES STURMIUS.

Ministri ecclesiarum Argentinensis et Basiliensis missi ad colloquium de religione Wormaciam.

912

JEAN CALVIN à Guillaume Farel, à Neuchâtel.

De Worms, 13 novembre 1540.

Calvini Epistolæ et Responsa. Genevæ, 1576, p. 414. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 113.

CALVINUS FARELLO, S.

Si meo loco esses, optime Farelle, fortassis pars aliqua dubitationis istius, quæ me vehementer cruciat, te quoque nonnihil sollicitum haberet. Nam neque ego solus conturbor : et qui mecum laborant non carent multis et justis causis, cum tamen non soleant aliàs de nihilo commoveri. *Vos soli sine controversia pronuntiatis quid facere debeam. Sed cum ego nonnihil vacillem, et alios omnes videam fluctuari, nihildum possum statuere : nisi quòd paratus sum omnino sequi Domini vocationem, simul ac mihi fuerit patefacta.*

Cum *legati* literas *Senatui* obtulissent, responsum est me abesse :

¹⁵ A vos Seigneuries et à Vos Dilections. — *Charitates* correspond ici au mot allemand *Liebden*.

¹⁶ J. Oporin écrivait de Bâle à Bullinger le 28 octobre : « Hodie aut cras abituri sunt *Wormaciam Amerbachius* et *Grynæus*, uterque a *Senatu* nostro ad hoc destinati. » Et, le 11 novembre : « Ex *Comitiis* nihil prorsus audimus quod fiat. *Grynæus* cum *Argentinensibus Capitone, Bucero, Calvino, Sturmio* profectus est. *Amerbachius* nescio quibus causis adhuc heret apud nos » (Ms. autogr. Arch. de Zurich).

sine cujus consensu nihil polliceri vellet¹. Exceperunt se libenter huc venturos, ut de meo animo sciscitarentur. Præmissus est eques celeri cursu, qui nobis indicaret. Biduo eos antevertit². Jubebat autem *Senatus* legatos suos³ dare operam, ne quid pollicerer. Nunquam credidissem me tanti esse apud Senatum nostrum. Nec literæ sine admiratione eorum qui aderant lectæ sunt, quòd de me retinendo essent adeò solliciti, quibus videbar parùm esse notus⁴. Sed fortassis ideo fecerant, quia non me satis noverant. Quid enim habeo in me commendatione dignum? Utcunque tamen sit,

¹ Les ambassadeurs genevois (*Loys Dufour* et *Michel du Bois*) s'étant présentés le samedi 6 novembre devant le Conseil de Strasbourg, en avaient reçu la réponse suivante : « Primò agit et habet *Senatus* Argenteratensis gratias magnas, quòd legati *Senatus* et communis civitatis Gebennensis amica officia et obsequia sibi parata obtulerunt, vicissim stipulans si quacunq̄ue in re quidquam è re et commodo *Senatus* et communis civitatis Gebennensis facere et præstare ullo modo poterit, id animo parato, amico atque perlubenti se facturum. Et quantum ad *legatorum Gebennensium petitionem* attinet, qua petunt *Calvino* permitti ut *Gebennam* redeat, respondet *Senatus* : Quum *Joannes Calvinus* hoc tempore, propter communis christianæ ecclesiæ et etiam civitatis Argenteratensis negotia, colloquio *Wormatiensi* adsit, sese ad petitionem legatorum nihil certi jam respondere posse. Recipit autem *Senatus*, quàm primùm *Calvinus* peracto hoc colloquio domum fuerit reversus, se petitionem hanc illi expositurum, et ut animum suum, quid ea in re facere velit, declaret, petiturum. Quem *Calvini* animum ubi *Senatus* perceperit, quid ad petitionem hanc legatorum respondere tum instituerit, *Senatui* Gebennensi certò perscribet. Actum vi^a Novembris Anno Do. MDXL. » (Reg. du Conseil de Genève, t. 34, p. 533. *Calv. Opp. Brunsvigæ*, XXI, 268. Le texte allemand de cette réponse est imprimé à la p. 102 du t. XI de la même édition.)

Jacques Bédrot écrivait de Strasbourg, le 24 novembre, à Pierre Kuntz, à Berne : « Si nescis, legatos miserunt tum ad senatum nostrum tum ad *Calvinum* Genevates, hujus revocandi gratia. Responderunt nostri se nunc valde opus habere *Calvino* ad colloquium, partim propter *Scripturæ*, partim linguæ Gallicæ cognitionem » (*Mscr. autogr. Bibl. de Zofingue. Calv. Opp.* XI, 120).

² Le courrier des magistrats de Strasbourg était arrivé à *Worms* le lundi matin 8 novembre; les ambassadeurs de Genève, le 10 seulement. C'est ce qu'on apprend par la lettre responsive que le député strasbourgeois *Jacques Sturm de Sturmeck* écrivit à ses supérieurs, le 11 novembre. Elle est imprimée dans les *Calvini Opera*, t. XXI, p. 270.

³ C'est-à-dire, Bucer, Capiton, Jean Sturm, Jacques Sturm et Matthias Pfarrer.

⁴ A comparer avec le t. V, p. 231, fin de la note 19, et p. 273, note 9.

legati mihi literas⁵ interpretati prius, hortati sunt ut apud me expenderem quid maximè putarem in Christi gloriam fore : interim tamen satis declararunt quid haberent animi. Dies ad consultandum datus est⁶. Adhibui statim *fratres*⁷ in consilium. Aliquid agitatam est. Melius tamen putavimus, si omnia nobis integra manerent usque ad *eorum* adventum⁸ : ut intellecto *urbis* statu, certius de toto negotio judicarem.

Ubi hæc acta sunt, *propositis tuis et Vireti literis*⁹ *rursum petii consilium. Qua oratione usus fuerim, nihil opus est dicere. Obtestatus tamen sum quibus potui modis, ne me respicerent. Quàm seriò autem id à me diceretur, intelligebant ex re ipsa, cum plus lachrymarum efflueret quàm verborum.* Quinetiam bis ita sermonem interruperunt, ut secessum querere coactus fuerim. Non progrediar longius. Hoc tantùm tibi confirmo, me optimè consciùm mihi esse summæ sinceritatis. *Huc tandem ventum est, ut non me adstringerem in præsentia, sed tantùm bonam spem Genevensibus facerem*¹⁰. Obtinui tamen ut reciperent nostri, se impedimento non fore quominus eò concederem absoluto hoc conventu, si modò *Bernates* responderent, se ab eo consilio non abhorre¹¹. *Senatus* quidem, ut video, me ægerrimè dimittet. *Legati* qui hîc sunt vix consentient. Nec in alia opinione est *Capito*. Sed *Bucerus* efficiet ne retinear : modò ne quis ventus adversus *istinc* flaverit. Tu eos¹² in spe concepta confirmabis, ac interim diligenter mihi expones

⁵ La lettre adressée le 6 novembre par le Conseil de Strasbourg à ses députés (n. 2, 3).

⁶ Le mardi 9 novembre.

⁷ Grynæus et tous les députés de Strasbourg (Voy. n. 10-11).

⁸ C'est-à-dire, jusqu'à l'arrivée de *L. Dufour* et de *M. du Bois*.

⁹ La lettre de Viret du 22 octobre et celle de Farel du 31 (N^{os} 899, 907).

^{10, 11} Voici le résumé de la lettre allemande écrite par *Jacques Sturm* le 11 novembre : A la suite de nos négociations avec *Calvinus* et de la conférence qu'il a eue hier avec les ambassadeurs de *Genève*, il leur a répondu, aujourd'hui jeudi, qu'il ne peut, pour le moment, ni engager sa parole, ni refuser leur demande ; mais qu'après son retour à Strasbourg, il délibérera avec ses collègues, les prédicateurs, afin de prendre la résolution qui contribuera le plus à l'honneur de Dieu et à la prospérité des églises. Telle est la réponse qu'il a aussi adressée par écrit au Conseil de Genève [N^o 910] et remise aux ambassadeurs. De plus, il nous a priés de vous remercier très humblement des excellentes dispositions que, dans votre lettre, vous témoignez à son égard.

quidquid putabis nostra interesse. Cum redierimus, si expediet me venire, tunc magis urgendum erit. Plus tamen impetrabis tuis literis, quam ullus alius. Sed de illis ubi tempus venerit.

Quid sperandum sit *de hoc conventu*, breviter complexus sum in charta quam tibi fratres ostendent¹³. Et paulò antè tibi exposueram¹⁴. Plura cum otii plus fuerit. *Virtutum* salutabis amantissimè et diligenter excusabis quòd nihil rescribam, rogabisque ut his literis satisfaceri sibi paliatur. Vale, frater optime et charissime. Dominus vos omnes conservet! Wormatiæ, 13 Novemb. 1540.

¹² Scil. *Genevenses*.

¹³ Le mot *fratres* désigne les députés genevois, qui repartirent le 13 novembre pour le Pays romand. Le 17, ils étaient à Strasbourg, et Jacques Bédrot leur remettait pour Myconius une lettre qui se termine ainsi : « Habes... *legatos Genevatium* a Vangionibus redeuntes, ex quibus tanquam oculatis testibus intelliges omnia » (Mser. autog. Bibl. de Zurich. Calv. Opp. XI, 117).

¹⁴ A notre connaissance, la lettre et « le papier » où Calvin énonçait ses prévisions touchant *le colloque de Worms*, n'ont pas été conservés. Mais cette perte est compensée, en quelque sorte, par les nombreux renseignements que fournissent sur la même époque les *Melanthonis Epistolæ* (Voyez notre N° 910, n. 4. — Bretschneider, o. c. III, 1125-1155). Ainsi *Bucer* écrit à Luther : « Tres Bavari quidem et triplex Moguntinus cum nostro Saturno nihil omittent, freti pontificiis, Cæsareis et Regiis, quò nos majore gravent invidia, ut qui summam ipsorum clementiam pervicaciter rejecerimus. Sed aderit Christus, et... in eam ipsam eos foveam præcipites dabit, quam fodunt nobis. Itaque spero futurum, ut, sicut Tua Paternitas confessione facta *in hac urbe* Evangelii cursum mirificè expedit, ita etiam nunc nostra qualicumque attestatione idem Evangelii cursus nonnihil tamen incitetur... De eventu viderit Christus, cujus causa agitur... In eo vale felicissimè... atque commendare me ne graveris venerandis viris D. Præposito [*Justo Jonæ*] et *Pomerano*, et salutem dicere *Capitonis, Sturmii, Calvinii, Grynei* et legatorum nostrorum *Jacobi Sturmii* et *Matthiæ Pfaffnerini* [l. *Pfarreri*],... et hoc omnes petierunt ac meis verbis : quam etiam tibi *hi omnes* officiosè precantur. Wormatiæ, 8 Novembr. 1540. »

Le 14. *Melanchthon* écrit à Luther : « Hactenus otiosi dies 14 expectamus adventum *Granveli*... In hoc otio aliquoties convenimus et de præcipuis articulis amanter collocuti sumus... Dictæ sunt rectæ et piæ sententiæ magno consensu. » On lit, en effet, dans le journal de *Wolfgang Musculus* : « Nona Novembris Wormatiæ, in hospitio Saxonum, convenimus evangelii Christi ministri numero viginti tres, hora diei septima usque ad decimam. » Dans ces assemblées, *Calvin* prit la parole le 9, le 10, le 11, le 17 et le 18 novembre (Voyez les Calv. Opp. Brunsv. XXI, 269-271).

913

LE BAILLI DE LAUSANNE au Clergé et aux magistrats
de son Bailliage.

De Lausanne, 13 novembre 1540.

Inédite. Copie contemporaine. Arch. du C. de Vaud. Communiquée
par M. Ernest Chavannes.

SÉBASTIAN NÆGUELLIN, gentilhomme et bourgeois de Berne, Bail-
lifz de Lausanne au nom et pour la part de la magnificence de
nous très redoutés Seigneurs supérieurs de Berne, — à vous les
spectables seigneurs prédicantz, et aussi les nobles et honorables
Bourguemeistre, juges, mayors, chastellains, mestraulx, lieutenant
et aultres officiers, tant médiatz comment immédiatz, estans dedans
les limites de nostre ballivaige, Salut.

Combien que nous dictz Seigneurs supérieurs, pour abolir plus-
seurs abus et superfluytés, aussi pour l'utilité du bien public, aul-
trefois ayant [l. ayent] ordonner et décréter, entre les aultres
choses, que nulz ne deusse faire chaus[s]es décoppées ny déchic-
quitées¹, — ce nonobstant, plusseurs en mesprissant les ordon-

¹ Dès 1532 *les chausses chapelées* furent défendues dans les bailliages
d'Orbe et de Grandson. L'édit de Réformation du 24 décembre 1536 les
prohibait « sous le bamp de trente sols et perdition des chausses. Touth-
fois (disaient MM. de Berne) celles qui seront par ci-devant faites,
octroyons de les user. » Mais l'usage fut plus fort que la loi (Voyez
Ruchat, IV, 529. — Jean de Muller, o. c. XI, 208, en note).

« Du temps de noz pères (disait *Pierre Viret*), on a veu les Allemans
[l. *les Suisses*] allans en guerre... et estoyent vestus la plus part d'eux de
celle toille que nous appellons du triège; mais maintenant il n'y a plus
que soye, velours, damas, argent et or... Il n'y a si petit marchand qui
ne vueille contrefaire le gentilhomme... Et ceux qui ne peuvent tenir
train de gentilhomme, s'efforcent de parvenir, pour le moins, à quelque
degré prochain. Tous deviennent maintenant, par deça, publicains, fer-
miers, receveurs, ou admodiateurs ou commissaires : et n'y a presque nul
qui n'ait vergoigne d'exercer le mestier et l'art duquel son père... a
entretenu sa famille » (Dialogues du désordre qui est à présent au monde.

nances de nous dictz Seigneurs, comment ignobéissant ont fait le contraire, et davantaige ont décopper, chappler et déchicquiter pourpointz, collet, aulbergeons² et aultres habilliemens. Sur quoy nous dictz Seigneurs Petit et Grand Conseil de nouveaux, pour plusieurs raisons raisonnables et pour ce que leur plaisir a esté de faire, ont fait ordonnances et décretz, *Que nul d'ores en avant ne doibge fayre ny fayre à fayre pourpointz, chaus[s]es, colletz, aulbergeons ny aultres habilliemens décopper, chappler ny déchicquiter*, dessoub la painne de la perdition des dictz habilliemens, et dessoub le bamp d'ung florin d'or pour chesque contrevenant. Et, touchant les habilliemens par cy-devant chapplés et décoppés et déchiquitéz, ceulx que les ont à présent en puissent gaudir et user, pour l'espace de six moys entiers, desjà commencer le vingthuytiesme jour du moys d'octobre nouvellement passer³. Et, estre passer les dictz six moys, que nulz n'en doibge plus pourter, dessoub la perdition d'iceulx. Desquelles ordonnances nous dictz Seigneurs supérieurs Petit et Grand Conseil nous ont mandé et commander fayre à fayre les publications.

A ceste cause, nous le diet Ballifz vous les dictz Seigneurs prédicantz, Bourguemeistre, juges, mayor, chastellains, mestraulx, lieutenans et aultres officiers dedans les limites de nostre diet bailivaige, exhortons et néantmoins, de la part de nous dictz Seigneurs supérieurs, *voz mandons et commandons que doibgés publiés ou fayre publier les dictes ordonnances et décretz*⁴, affin que nul puisse prétendre ignorance d'iceulx. Datté le tréziesme jour du moys de novembre, l'an nostre Seigneur Jésus-Christ mille cinq cens quarante.

Genève, 1545, p. 59, 61, 62, à comparer avec l'ouvrage de P. Viret intitulé : *Le monde à l'empire*. Genève, 1561, p. 158 et suivantes).

² Les *collets* rabattus et à bords découpés étaient brodés, piqués ou tailladés. On donnait aussi le nom de *collet* ou *colletin* à un justaucorps sans manches, fait de peau de buffle. Les *pourpoints* de drap, de cuir ou de velours portaient des coupures en long, sous lesquelles on apercevait une étoffe de couleur vive. Parfois ils avaient, aux coudes et aux emmanchures, des bouffants ou renflements, qui étaient pareillement tailladés. Le *haubergeon* (petit haubert), cotte de mailles à manches et à gorgerin, avait fait place, paraît-il, à un vêtement en drap, qui admettait les mêmes ornements que le pourpoint.

³ La décision avait été prise dans les séances du 25 et du 29 octobre 1540.

⁴ Dans plusieurs occasions, les pasteurs du territoire bernois avaient

914

LES PASTEURS DE MONTBÉLIARD à la Classe de
Neuchâtel.

De Montbéliard, 14 novembre (1540).

Inédite. Manuscrit orig. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel.
(COMPOSÉE PAR PIERRE TOUSSAIN.)

Charissimis et observandis fratribus nostris, Farello, Barbarino, Capunculo, et cæteris Verbi Ministris in oppido et ditione Neocomensi agentibus, salutem in Domino Jesu!

Nuper (ita volente Domino) *Princeps noster tandem permisit, ut Missa in ditione Blamontana abrogetur*¹, sed hac lege, ut ante ejus in *Germaniam* abitum, hoc est, ante diem 22 hujus mensis, fratres habeamus qui illic Verbum Domini concionentur : id quod nos benignitate patris nostri cœlestis, promissis vestris, studio ac pietate freti, promisimus. Quare obsecramus vos per D. Jesum, ut cum hoc charissimo fratre nostro, *duos saltem bonos fratres huc mittatis*, qui nobis in negotio Domini adjumento sint. Valet in Domino. Monbelgardi, 14 Novembris (1540²).

MINISTRI ECCLESIE MONBELGARDENSIS.

déjà été invités à publier, dès la chaire, des édits et même de simples règlements de police.

¹ Voyez la p. 212, lignes 3-4, et la p. 263, renvoi de note 11.

² L'année est déterminée par ce qui est dit de l'abolition de la messe dans la seigneurie de *Blamont*. (Voyez G. Goguel. Hist. de Farel, 1873, p. 77. — Recherches sur l'ancienne seigneurie de Neuchâtel en Bourgogne, par l'abbé Richard de Dambelin. Besançon, 1840, p. 239.)

915

NICOLAS PARENT ¹ à Guillaume Farel, à Neuchâtel.
(De Strasbourg) 16 novembre 1540.

Autographe. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel. Calv. Opp.
Bruns. XI, 115.

S. Cum tam sedulò perscribat ad te Dominus *Calvinus* ea quæ hic fiunt, mi Farelle, non est quòd in eis exponendis te diutius detineam. Puto enim esse nefas agentem seria earundem rerum frequenti subinde repetitione interturbare, vel potiùs obruere. Sed tamen et sunt quedam quæ et tibi significare mea plurimùm refert, et te scire, si non juvet, tamen incommodi nihil allaturum arbitrator. Habeo enim te ut Christi servum, et eum te agnosco cujus opera et ministerio dignatus est Dominus uti, ad regnum suum propagandum et suam ecclesiam edificandam, cui rei hactenus intentis nervis studuisti. Faxit is qui cœpit, ut foeliciùs indies pergas!

Ego paulò antequam abirent nostri Warmatiam (sic), missus sum ad Evangelii prædicationem, mihiq[ue] manus sunt impositæ a Bucero et Calvino simul, xiii die octobris², in sacro nostro conventu statim post concionem vespertinam (erat autem dies dominicus), relictusque sum ab eis ut pastoris munere fungar hic tantisper dum aberit Calvinus noster. Ego verò id nequaquam expectabam, immò verò sperare tantum munus non fuissem ausus, præsertim in hac nostra ecclesia. Scis autem quæ apud me aliquando proponerem : deliberationem enim animi mei paucis tibi manifestaram domi

¹ Voyez sur ce pasteur intérimaire de l'église française de Strasbourg, la page 103, note 116, les pp. 157, n. 24; 174, n. 34; 225, lignes 1-2; 240, renvoi de note 38.

² Il aurait dû écrire : *xxiii die octobris*, puisqu'il rappelle, un peu plus loin, que sa consécration au saint ministère eut lieu « un dimanche. » Or, le 14 octobre 1540 fut un jeudi.

Calvini, cum ad nos primùm venisses³. Consului equidem te num operæprecium videretur ut ad parentes redirem⁴, docturus eos, si qua ratione fieri posset, in Domino, viam veritatis et evangelium Christi. Neque meum animum etiam eo videbaris improbare, quòd et ipse judicares quàm cautè mihi esset in ea re agendum, agendique modum præscriberes. *Constitueram etiam et illud, me scilicet transacturum tempus aliquod meæ juventutis in docendis pueris, idque⁵ in iis locis ubi nihil dum ex Evangelio esset cognitum*, ut etiam aliquid facerem fructus in regno Christi mei illic fungens evangelistæ munere, donec paulò grandior in Christo factus, depositis his carnis concupiscentiis meque ipso abnegato, aptior essem ad regnum Christi annunciandum. id est, evangelium veritatis.

Subdlexeram equidem ad tempus me ab hoc onere annunciandi Evangelii, cui me imparem et sensi et sentio. Quis enim terrestris et imbecillis homo agere possit opus tam divinum, sublime et arduum? Cum omnis homo mendax et vanitate ipsa vanior sit, et in ipsissimis ignorantie tenebris versetur. quomodo tantam veritatem, tam solidam doctrinam, tamque claram evangelii Jesu lucem, non dico aliis proponere et explicare, sed etiam vel videre vel sustinere possit? Hic certè magnum Dei opus, magnam ejus erga homines benevolentiam agnoscimus. Denique et illud addam: non videri præcipuum ministri Verbi in hoc esse situm, ut verbis quidem annunciet Evangelium, nisi et ipse eo afficiatur in corde, vitam-

³ Cela signifie évidemment : la première fois que vous êtes venu à *Strasbourg* depuis que j'y suis, c'est-à-dire, au mois de juin de cette année. On sait, en effet, que *Nicolas Parent* n'y vint qu'en février ou en mars 1540.

Les nouveaux éditeurs de Calvin énoncent, à ce propos, l'opinion suivante (Ed. Brunsv. XI, 115) : « *Farellus ter videtur Argentoratè fuisse, prima vice statim post Calvini adventum, secunda, ad ejus nuptias, tertia Wormaciam petens m. Decembre 1540.* » Le premier de ces trois voyages de *Farel*, lequel aurait eu lieu en septembre ou en octobre 1538, est purement imaginaire (Voy. le t. V, p. 140, 142), et, fût-il historique, ce n'est pas de celui-là que *Parent* ferait mention, puisqu'il ne suivait pas encore, à cette époque, les leçons de Calvin, de Sturm et de Bucer. En revanche, les éditeurs des *Calvini Opera* omettent trois autres voyages de *Farel* à Strasbourg : celui de juin 1539 et ceux de juin et d'octobre 1540 (pp. 168, n. 19; 242, n. 3; 327, n. 13).

⁴ On ignore si *Parent* était originaire de la Lorraine, ou de la Franche-Comté, ou du royaume de France.

⁵ Dans l'édition de Brunswick, *unquam*.

que suam formet ad ejus præscriptum, quò aliis sancto vitæ exemplo præeat. Sed quid sus Minervam? Hæc dico, mi Farelle, ut mei animi candorem habeas. Væ mihi si non annunciem Dei salutem per Christum Jesum! Væ et mihi si spiritum regenerationis, beneficium Christi erga me verè ipse non sentiam, eoque me sanctificante et ad bona opera consecrante, innocentia, bonitate et puritate vitæ aliis non præluceam! Tu ergo, mi Domine Farelle, admone, obsecro, si quid olim adverteris in me quod parùm Christi ministrum deceret. Instrue me, rogo, ut veteranus et bellandi peritus, id est, hostes invadendi et eorum insultus excipiendi : instrue, inquam, me ut tyronem et adhuc militiæ rudem. Existimo certè magnam a Deo mihi gratiam fieri, si à te et tui similibus officii mei commonefiam, etsi etiam ab aliis admonitus benevolentiam in me Dei agnoscam. De his satis.

Cæterùm nescio qua conscientia tandiu⁶ tantillæ pecuniæ solutionem differant *debitores mei*⁷. Tantùm abest ut mihi aliquid de suo mutuent, mihi, inquam, in scholis versanti, ubi non sine magno sumptu vivitur, cum etiam id quod debent non persolvunt. Certè parùm considerati sunt homines, ne dicam parùm pii. Puto autem mihi deberi adhuc coronatos tres aut circiter, quibus si vel tu vel quispiam alius addere vellet quartum, cum ad me mittentur (missos verò jam vellem), polliceor me redditurum posthac et brevi. Ego enim hospiti meo jam incipio debere, deficiente pecunia et *Calvino* absente, qui ubi adfuerit certior ero eorum quæ agam, neque volo cuiquam esse onerî. Igitur te oro, mi Farelle, ut hoc tempore et hac in re mihi si liceat succurras, par aliquando pari relaturus, si quando sese tempus offerat. Vale in Christo Jesu semper. Salutatur te *uxor Calvinî et tota ejus familia*⁸. Salutatur te *Enardus*⁹, salutatur et te qui mecum sunt omnes. Salutabis etiam tuos nostro nomine, præcipuè verò *Capunculum, Mulloium, Corderium et Jacobum*¹⁰, et totam domum tuam. Vale, xvi novembr. 1540.

Tuus NICOLAUS PARENS.

(*Inscriptio* :) Pietate et eruditione prædito Guilelmo Farello, verbi Dei ministro Neocomensi. Neocomi.

⁶ Ibid., *tandem*.

⁷ Pendant son séjour à *Neuchâtel*, *Parent* avait peut-être rempli au collège les fonctions de sous-maître, ou donné quelques leçons particulières.

⁸ C'est-à-dire, *Antoine Calvin*, les enfants du premier mariage d'*Ide*-

916

LE CONSEIL DE GENÈVE à Pierre Viret, à Lausanne.

De Genève, 22 novembre 1540.

Manuscrit orig. Bibl. des pasteurs de Neuchâtel. *Calvini Opera*.
Brunsvigæ, XI, 118.

Monsieur, de bon cuer az vous nous recommandons.

Suyvant laz déclaration du grand desyr que nostre peuple az envers vous ¹, lesquieulx toutjour sont en tel volloyr, vous envoyons les propres lectres que havons recyeuz des Ministres euvangéliques et de Mons^r *Caulvin* ², lesquelles vous playraz voyër et dempuyz nous renvoyer. Suyvant lesquelles vous pryons très assertes vous volloyër transporter par deça, et croyés entièrement que ne seryés

lette de Bure, et les pensionnaires de la maison, entre autres, le jeune *Malherbe* et les deux frères *Louis* et *Charles de Richebourg*.

⁹ *Eynard Pichon* (p. 29).

¹⁰ *Jean-Jacques Farel* ou le ministre *Jacques Sorel* (pp. 35, n. 13; 231, n. 3-4)?

¹ A comparer avec le commencement du N° 880, p. 271.

² On lit dans le *Registre* de Genève du 22 novembre : « Lettres de *Caulvin* et des prédicans d'*Estrabourg*. Lequelt sur la prière qui luy az esté faycte de venyr icy... az respondus que, après la journée de *Wurmes*, il est prest az obeyr az tout ce que luy seraz commandé, et que cependant l'on demande Maystre *Pierre Viret*... Sur quoy résoluz de escripre au dit *Viret* qu'il viengne icy, et qu'il luy soit envoyé le doble *des lectres*. » Ces derniers mots font allusion aux lettres du 24 octobre (N°s 901, 902).

Les éditeurs des *Calvini Opera* disent que l'épître des ministres strasbourgeois du 13 novembre (N° 911) « pouvait déjà être entre les mains du Conseil. » Or, le post-scriptum du N° 920 nous apprend que l'épître en question fut apportée à Genève par les ambassadeurs genevois qui étaient repartis de *Worms* le 13 ou le 14 novembre. Le 17, ils n'avaient pas encore dépassé *Strasbourg* (N° 912, n. 13). Il était donc impossible, vu la distance, qu'ils parvinssent à Genève pour la séance du 22.

[l. sauriez] fère plus grande ouvre envers Dieu et les homes fidelles que iceste, voyeant que nostre ditz peuple vous az fort agrgréable. Et si par aventure n'estiés prompt az layser le lieuz aut [l. où] il az plieuz az Dieu vous constitué az présent, vous playraz nous donner le moyen par lequelt puissiés fère vostre département az l'honneur de Dieu et, en après, de vous. Et sur ce vostre amyable responce. Actum 22 Novembre 1540.

Vous bons amys

LES SINDIQUES ET CONSEYL DE GENÈVE.

(*Suscription* :) Az maystre Pierre Viret, prédicant et ministre euvangélique, nostre singulier amy³.

917

JEAN CALVIN à Nicolas Parent, à Strasbourg.

De Worms, 26 novembre 1540.

Copie contemporaine¹. Bibl. Publ. de Genève. Vol. n° 106. Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 121.

Ego mihi ecclesiæque nostræ magis quàm tibi gratulor, mi Nicolae, quòd omnes ita diligenter ad concionem veniunt et reverenter auscultant. Id enim summum meum votum fuit quum discederem, ut ne quid fratribus nostris, quos ministerio meo regebat Christus, ex mea absentia decederet, ne quid ex eo ordine deperiret quo Christiani gregis incolumitas continetur. Atque id ipsorum magis interest quàm mea. Ut enim gloria et corona pastoris ecclesia est bene constituta, ita neque gaudere vel gloriari nisi in ejus salute ille potest. *Benedictus ergo Dominus, qui nostrorum*

³ Le manuscrit porte le sceau de la République avec la devise : « Post TENEBRAS SPERO LUCEM. »

¹ Elle est de la main de *Charles de Jouvilliers*. Il dit dans une note marginale : « Ex autographo. Inscriptio erat hujusmodi : Optimo fratri meo, etc. »

omnium animos in tali verbi sui reverentia continet, et te etiam iis donis instruit quæ satisfacere illis possint. Utinam sic aliquando Genevensibus quoque prospiciat, ne me amplius sollicitent! Illud enim vehementer me angit quòd illis cupio opitulari, sed rationem nullam video. Quanquam ab ista solitudine animum quoad possum revoco, donec istuc redierimus, et Farellus rescripserit quomodo apud illos res habeant. Ea enim lege nobis sumpsimus istas inducias, ut ex statu ecclesiæ qui tunc erit, consilium capere liceat. Nunc igitur, dum omnia sic suspensa sunt, interquiesco, et ab ea anxietate, quam mihi hujus consultationis difficultas² attulerat, nonnihil respiro.

Verùm redeo ad ecclesiam nostram. Placet sanè quòd absentiam meam non magno desiderio ferre potest. De cœna Domini celebranda bene facis quòd mones³. Neque enim mihi in mentem venerat cum abirem : sed nimis serò id fecisti. Præterit enim dies quo denunciari oportuerat, aut certè antè elapsus erit quàm literæ meæ pervenire ad te possint. Et vereor ne, si probationem solitam⁴ remiserimus, ea varietas turbationem aliquam nobis generet. Proinde satius fore arbitror, si nunc supersedeas, quando non fuit in tempore cogitatum, nisi fortè redierit Claudius⁵, ut cum eo possis deliberare; nam si ipse tecum expedire censuerit, nolim differri. Tantùm vereor ne in posterum nobis fraudi sit, si quid innovetur. Alioqui, si salvo ordine fieri posset, nihil morarer. Vale, mi Nicolæ, Sebastianum⁶, Enardum et alios tuos sodales aman-

² A^u comparer avec le N^o 912, renvois de note 1-11.

³ A comparer avec le paragraphe de la p. 224 qui commence par ces mots : Cum instat *dies Cœnæ*, edico ut qui communicare cupiunt, prius se mihi repræsentent. »

⁴ L'examen de conscience des communicants (p. 200, renv. de n. 8-9; p. 223, renv. de n. 37-39).

⁵ *Claudius Fercus (Féray)*, qui était probablement diacre de l'église française de Strasbourg.

⁶ *Sébastien Châteillon* (en latin *Castalio* ou *Castellio*), l'un des hommes remarquables du seizième siècle, était né en 1515 à Saint-Martin-du-Fresne, en Bresse. Fils de parents pauvres et zélés catholiques, ce fut par la seule puissance de ses efforts et de ses talents qu'il acquit une instruction littéraire distinguée et la connaissance approfondie des langues bibliques. On ignore quelles furent les causes prochaines qui lui firent embrasser le parti de la Réforme. D'abord précepteur de trois jeunes nobles à Lyon, il publia dans cette ville ses *Dialogi sacri*, composés d'extraits des Saintes-Écritures et destinés à l'enseignement de la jeunesse. Il se rendit ensuite à Strasbourg, où il passa l'automne de 1540 et l'hiver

tissimè nomine meo saluta. Dominus vos omnes conservet, et spiritu suo sancto ad omne opus bonum dirigat! Wormaciae, 26. Novemb. (1540.)

CALVINUS tuus.

(*Inscriptio* :) Optimo fratri meo Nicolao Parenti, ecclesiae Gallicanae apud Argentoratenses diacono.

918

LE CONSEIL DE GENÈVE à Guillaume Farel, à Neuchâtel.
De Genève, 26 novembre 1540.

Manuscrit original. Bibliothèque des pasteurs de Neuchâtel.
Calvini Opera. Brunsvigæ, XI, 122.

Monsieur, après nous estre recommandé de très bon cueur az

suivant. Dans son ouvrage adressé à *Calvin* (1558) et intitulé : « *Sebastiani Castellionis Defensio. Ad authorem Libri, cui titulus est, Calumniæ Nebulonis,* » il s'exprime comme il suit, p. 26-28 :

« Vixi ego domi tuæ *Argentine* septem aut ad summum octo dies. Interea cupivit domum tuam migrare Galla quædam fœmina nobilis, nomine *Madamoyselle du Verger*, unâ cum suo filio et filii famulo. Sed cum ejus famulo non esset domi tuæ locus ad cubandum, tu à me modestè petiisti, ut ei cederem. Ego modestè cessi, pecuniam tibi pro victu solvi, atque ita à te cum bona venia... migravi. Postea cum domi tuæ in morbum incidisset famulus tuus, conterraneus meus *Johannes Chevantius*, ego ad eum, accersitus à tuis, ivi, et ægrotanti domi tuæ... administravi usque ad ejus obitum : hoc est circiter alteros septem dies. Postea tuus convictor nunquam fui.

« Eodem deinde anno, cum tu *Ratisbonam* ad comitia profectus esses, accidit ut peste mortuus sit domi tuæ, absente te, convictor quidam tuus Gallus, nomine *Claudius [Fereus]*... Acta sunt hæc anno M.D.XL. et XLI. Testor eos qui tum erant *Argentine*... et in primis tuam fratrisque tui conscientiam, et *Nicolaum Parentem*, et *Enardum Pichonum*, qui nunc concionatores sunt in comitatu Neocomensi, quorum *hic* ægrotantem famulum tuum, de quo nunc narraui, etiam visit, *ille* paulò post etiam mecum vixit, et ante *Claudii* mortem *Argentina* discessit. » (Voyez *Sebas-*

vous. Il est [l. il est] certainne que havons entendus le bon cueur, grand ameur et zèle que nous portés az nous fère service et play-sir, dont très assertes vous mercions. Et croyons que, *par nous ambassadeurs estant par devers vous, estes assés advertys de la cause encore par appellation pendante entre nous très chiers combourgeois les Seigneurs de Berne et nous*¹. Et pource que en cest affère nous povés servyr, vous pryons nous havoyër entièrement pour recommander, et qu'il vous playse vous employer pour nous laz aou cognoystrés estre neccessayre². Et en ce nous ferés agrgréable plaisir, lequelt nous paroffrons déservyr, Dieu aydant, autquelt pryons qu'il vous doiënt prospérer. De Genève, ce 26 Novembre 1540.³

Vous bons amys

LES SINDIQUES ET CONSEYL DE GENÈVE.

(*Suscription :*) Aut Docteur Farel, Ministrez Euvangélique, nostre singulier amy³.

tiani Castellionis Dialogi IIII. Eiusdem Opuscula quædam... Aresdorffii, 1578, petit in-8° de 12 ff. prélimin., 445 et 135 pp.).

¹ Malgré l'abrogation du traité du 30 mars 1539 (p. 273, n. 3), *Berne*, irritée de la ténacité des Genevois, se conduisait comme si le dit traité était encore en vigueur. Elle avait autorisé le bailli de Ternier à faire acte de souveraineté, dans les terres du prieuré de Saint-Victor et du Chapitre de Genève, toutes les fois que l'occasion s'en présenterait. Il en était résulté de nouveaux procès. Les « journées de marche » tenues à Lausanne du 4 au 11 octobre et le 15 novembre n'ayant eu aucun résultat, les procureurs des deux parties en avaient appelé au sur-arbitre *Bernard Meyer* de Bâle, élu par les Bernois. L'ancien secrétaire de Genève, *Claude Roset*, venait d'être envoyé à Bâle par ses supérieurs, pour communiquer au sur-arbitre toutes les pièces du procès (Voyez A. Roget, o. c. I, 265-270).

² *Farel* avait à *Bâle* plusieurs amis qui pouvaient servir la cause de Genève auprès de *Bernard Meyer*.

³ La présente lettre, écrite par le secrétaire Pierre Ruffi, porte le sceau de la république avec la devise : « Post tenebras spero lucem. »

919

PIERRE VIRET au Conseil de Genève.

De Lausanne, 26 novembre 1540.

Autographe. Arch. de Genève. F. Turretini et A.-C. Grivel, o. c., p. 148. Impr. en partie dans les *Calvini Opera*. Brunsvigæ, XI, 123.

S. Grâce, paix et miséricorde par Jésuschrist nostre Seigneur!

Magnifiques et honorables Seigneurs, *ainsyn que je cognois le grand desir et l'affection que vous avez à recouvrer bons et fidèles ministres, pour consoler et restaurer vostre pouvre église tant désolée et dissipée, je croy aussy que vous ne ignorez pas le bon vouloir et ardent desir que non-seulement moy, mais aussy tous vrayz amateurs de vérité ont à la consolation et restauration d'icelle. Mais ainsy que, touchant ce affayre, nous sommes tous avec vous unys de roulunté, de desir et de cueur, aussy sommes-nous en telle perplexité que vous estes, pour trouver les moyens et occasions justes et raisonnables pour y pourvoir à la gloire de Dieu et édification de toutes les églises.* Vous avez veu ce que nostre frère *Calvin* vous respond¹, qui vous doibt aussy touchant mon cousté abundamment satisfaire pour moy. Car non obstant qu'il y aye entre luy et moy grande différence quant à la doctrine et érudition, toutefois quant au cueur et à l'affection envers vous et les églises de Dieu, soyez assurez que nous ne sommes pas beaucoup différans. Je ne me estime pas estre mien, mais aux églises auxquelles le Seigneur m'a dédié et consacré. Pourquoy mon vouloir ne tire à aultre chose, fors que je serve fidèlement à ma vocation, en quelque lieu qu'il

¹ Allusion à la lettre de *Calvin* du 24 octobre (p. 324, second paragraphe). Celle qu'il écrivit au Conseil de Genève le 12 novembre ne parle point de *Viret*, et le Réformateur de Lausanne ne pouvait pas la connaître, puisqu'elle ne parvint à sa destination que le 26 novembre (N° 910, n. 6).

plaira au Seigneur m'apelle[r] par les moyens qu'il a ordonné. Vous ne ignorez pas combien je doibs estre tenu à l'église en laquelle le Seigneur m'a maintenant constitué ministre, et quel devoir j'ay selon Dieu à mes princes et seigneurs, par lesquelz premièrement Dieu m'a tiré et appelé à ce saint ministère ², et par eulx grandement assisté. Je ne dépens en rien des hommes, et ne voudroye pour prince, seigneur, ne créature vivante, me forvoyé de la droicte voye et obmettre aucune chose qui me fût enchargée de Dieu ; mais aussy ne oseroye-je rien entreprendre légèrement ne témérairement, sans estre assuré de ma vocation et user des moyens que le Seigneur nous présente en toute édification.

